~~Fournoy~~
OVELIUS

1563

D. G. V.
925

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Nicht bei Nerländer

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Geschenk des Herrn Vielhaber
in Crefeld (1902)

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

# ΙΩΑΝΝΟΥ

ΤΟΥ ΟΒΕΛΊΟΥ ΒΟΥΡΙΚΈΩΣ ΕΛΕ-
γεῖον κατὰ πολεμούντων συγγεγραμμένον,
καὶ ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ ἐμμέτρως λατι-
νιστὶ μεταφρασθέν.

Ex Libris Ioannis de Blatterswyck

# *IOHANNIS OVELII*

BVRICENSIS CARMEN ELEGIA-
CVM IN BELLI SECTATORES
CONSCRIPTVM, ET AB EO-
*dem latinis uerſibus redditum.*



DVSSELDORPII.
APVD IOHAN. ORIDRYVM ET
ALB. BVYSIVM AFFINES.
Anno M. D. LXIII.

Ab. XVII 2834/42

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

LANDES- UND STADT- BIBLIOTHEK DÜSSELDORF

## ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΦΙΛΟΜΟΥΣΟΥΣ νέους Γεώργιος Ἰσελσαύδιος συμμύστης.

Ἄπτεο θυμὸν ἔχων εἰρήνης εὔφονα αἰεί·
   Βέλτιον ἧς οὐδὲν γαῖα πελώρη ἔχει,
Ἔργα διχοστασίης ἀνθρώπων ἄστεα στρέψε,
   Πήματ᾽ ἐπιχθονίοις πολλὰ ἔθηκε μάχη.
Καίτοι ἀνὴρ πόλεμόν τε κακὸν καὶ δῆριν ὀφέλλων,
   Δειλαίους φεύξει εἰς ἀΐδαο δόμους.
Τοῦθ᾽ ὅτι οὐβέλιος σωτάτῃ, νῦν βλέπε δηνεί,
   Ἡσυχίης ὁσίη ὧδε μέμηλε δόσις.
Ἐν σμικρῇ βίβλῳ μουσάων δῶρ᾽ ἀλλὰ βλέψει
   Πολλάκις ἐν σμικροῖς πολλὴ ἔνεστι χάρις.

## ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΑΥΤΟΥΣ Ριχάρδος Βορονδόρπιος.

Δεῦτε νέοι ἱδρῶν μουσάων πάντες ἐρασταί,
   τήνδε βίβλον χερσὶν λαμβάνετ᾽ ἀμφο
Ἥπερ Ἰωάννου ἥκει νεανίσκου ἐόντος (τέρης.
   οὐβελίοιο διὰ πρωτογόνοιο πόνου.
Πρῶτα τὰ δῶρα φέρει, ὑμεῖς δέξασθε προθύμως.
   Στέργεθ᾽ ὃ εἰς δύναμιν καλὸν ἀείσατ᾽ ἔπος.
Ῥήματα οὐλομένου λιγυρῶς δείκνυσιν ἄρηος,
   Φθέγγεται, ἀργολικαῖς ταῦτ᾽ οἴδῃσι ψέγων,
Κεῖται ὁ δ᾽ οὖν φιλόπλωτε τεῒν παράδειγμα, βλέ-
   Διεὶ ὃ ἐν τοῖς ζῶν οὐδὲ πόνοισι δίοις. (ποντας

20 D.G.V. 925
VD16

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

# CLARISSI-
## MO VIRO D. GVILI-
HELMO VVESSELIO ILLV-
*ſtrißimi* Iuli*æ,* Cliu. Mont. *&c.* Ducis *Conſiliario*
*atque* Iure*conſulto, patrono ſuo obſeruan-*
*dißimo* IOHANNES OVELIVS
BVRICENSIS S. D.

QVVM mecum conſidero vir prudentiſſime, quot quã tiſq; malis et calamitatibus contaminata ſit vita morta lium: ſolet in mentem veni re triti illius dicti ὁ πόλε-μος ἁ πάντωμ κακῶμ μητρόπολις ϗ ὠκεανός; quo videlicet innuerunt viri ſapientiſſimi, nihil inter humanas rerum varietates eſſe ca lamitoſi, quod non pro peruerſa hominũ vo luntate, libidine, atq. arrogãtia bellum exci-tet, nihilq; tam quietum, quòd non prodigio ſo ſuo furore, atq; effrenata audacia atterat, euertat atque expugnet. Etenim ſi diligen-tiſſimè præterita animo repetamus, & præ-ſentia recenti memoria excutiamus, & ve-rum eſſe ab omni parte fatebimur, et his tan tis hominum ſordibus noſtro hoc tempore potiſſimum cõuenire aſſeremus. Nam quos

terrarum fines ingreditur, eoſdem inaudita perfidia, impudentia immani, ſingulari improbitate euertit, iudiciorum integritatem opprimit, leges expellit, atque vrbibus ſolo æquatis, nō ſolum litteras, ſed & doctrinam Chriſtianam pernicioſè atq; crudeliter exſtirpat, atq; euellit, vt nullius innocentia aduerſus huius impietatem, atque ſcelus defendi poſſit, omnia iuris vincula huius diſſoluta improbitate rupta atque conuulſa iaceant. Quapropter aptiſſimè poëtę hanc à furijs immitti iudicarunt, quòd res ſit adeo immanis, vt feras non homines deceat, adeo iniuſta, vt non niſi à peſſimis latronibus adminiſtrari debeat, adeo impia, vt nulla parte cohærere queat cum Chriſto. Homines enim bello impediti, paſſim in agris beſtiarū more vagantur, tantumq; habent, quantum manu ac viribus per cædes ac vulnera aut eripere, aut retinere poſſunt; nemoq; in eo elaborandū arbitratur, vt quo vno beſtijs præſtent in eo hominibus ipſis antecellat. Cuius rei nobis locuples teſtis eſt diuinus ille Homerus, qui Iliados , bellum ſic execratur.

Αφήτωρ, ἀθέμιστος, ἀνέστιος, ἔστιν ἐκεῖνος
Ὃς πολέμου ἔραται ἐπιδημίου ὀκρυόεντος

καὶ ἄλλοθι.

Ἄνδρας μὲν κτείνουσι, πόλιν δέ τε πῦρ ἀμαθύνει
τέκνα

*Τέκνα δέ τ' ἄλλοι ἄγουσι, βαθυζώνους τε γυναῖ-*
*Prorſus inhumanus crudelis, barbarus ille eſt* (*κας.*
*Qui bellum tentat populis inferre ſceleſtum*

*Et alibi,*

*Mactanturq́; uiri, uaſtanturq́; oppida flammis*
*Abducunt natos, uxores lata per arua.*

Hæc igitur perpẽdens animo, cum viderem tantas ex bello, quod nec patriæ nec religionis defendendæ gratia ſuſcipitur, oriri calamitates, nonnihilque diſciplinarum ſtudia, omnesq́; res, quę ad vitę inſtitutionem, quę ad virtutẽ, quę ad remp. pertinent, ſordibus inquinari: carmen, quod exercendi gratia in huius deteſtationem conſcripſeram, publice in Schola recitaui: partim vt iuuentus, cui ætas, vt inexperta, ad malũ propenſa eſt, cerneret, quàm bellum rebus turpibus delectetur, honeſtis verò offendatur, quàm pietati, religioni, bonis artibus, ac diſciplinis, moribus, & virtutibus aduerſetur: partim vt honeſtæ Gymnaſiarchæ Iohan. Monhemij viri ſumma virtute ac eruditione præditi, voluntati obedirem, qui in hoc ſummo ſtudio, ac diligentia incumbit, vt litterarum ſcientiæ perceptæ exercitatio & virtutis diſciplina accedat, qua eadem quæ didicimus publicè agere conſueſcamus. Verum cum pleriq; nõ ſatis eſſe iudicarent, hoc carmen ſemel reci-

 tatum

ſtatum ſtatim ſupprimi: à me contenderunt vt Typographo excudẽdum committerem. Quod etiamſi aliquoties recuſarẽ, quòd me adhuc Grȩcarum litterarum rudem, nõdum poſſe plenam huic argumento operam prȩſtare ſciebam: fretus tamen æquo atq; pio lectoris iudicio, hunc qualemcunq. laborem aggreſſus ſum: prȩſertim cum nõ deeſſet patronus, qui illum à ſæuis inuidorum morſibus defenſurus eſſet. Hȩrebat enim mihi in animo vir clariſſime, tua humanitas, cui hanc operam potiſſimum dedicarem, in cuius auctoritate omnem ſpem atq. fiduciam repoſitam habeo. Cum enim hactenus tanta fuerint tua in me officia, vt omnia recenſere nequeá, ſpero aliquando fore, vt meũ in ſtudijs profectum tibi aliquo modo acceptũ feram. Præterea naturali permotus amore has ſtudiorum primitias T.H. offerre volui, vt, ingenij tui excellentiam admiratus, hoc munere litterario apud te meá teſtarer obſeruantiam. Vere enim vitæ nobilitatem, non tam auitis imaginibus, hȩreditarioq. modo, quã iuſtitia, moderatione, virtute, ac bonarum artium ſtudijs comparaſti. Quæ vera à Thaleto dicitur nobilitas, eamq. omnibus præfert Gregorius Nazianzenus Chriſtianæ religionis decus. Sic enim de ea ait,

Κακὸς δ᾽ ἀκούων αἰσχύνου, μὴ δυσγενής·
Γένος γάρ εἰσιν οἱ πάλαι σεσηπότες
Γένους προάρχειν κρεῖσσον, ἢ λύειν γένος.
Ὡς καλὸν εἶναι, ἢ καλῶν πεφυκέναι.

Hoc eſt,

*Probrum eſt malum uocare, non ignobilem:*
*Genus eſt eorum, qui diu ſunt mortui.*
*Generi præire, non nocere conuenit.*
*Præſtat bonum eſſe, quàm crearier bonis.*

At verò cum nihil tam excellens, tam præclarum exiſtat, in quo non ſolum omnibus honoris, familiæ, dignitatis ornamentis, verum etiam ingenio diuino, eruditione præſtabili verſeris, exiſtimo non opus eſſe plura de tua virtutis excellentia in medium proferre. Quapropter abs te ſummis precibus, ſummaq. veneratione contendo, vt hoc carmen nomine tuo inſcriptum benigno vultu intueri, & meum in hac re laborem boni conſulere velis, eumq. à communi flagrantis inuidiæ flamma conſerues. Chriſtus, qui ſuo ſpiritu omnium corda gubernat, te cum cariſſima coniuge diutiſſimè incolumen conſeruet ad nominis ſui gloriam & Eccleſiæ vtilitatem. Vale. datum Duſſeldorpij Anno à Chriſto nato 1 5 6 3. Poſtridie nonas Martij.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

## ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΟΒΕΛΙΟΥ ΒΟΥ-ρικέως, Ἐλεγεῖον κατὰ πολεμούντων.

Δυσφόρον ἀργαλέου πολέμοιο μελίσματι λοιμὸν,
Σκληροῦ καὶ ἄρκος κακώματα λυγρά, φ' ἐγώ.
Ὄρσεο νῦν δάφνης πλεκτῇ ἐριθήλεϊ ὄζῳ,
Μοῦσα, νέου φωνῆς στήμονος ἀρχομένη.
Ὄρσεο σὺ δὲ θεοῦ εὐσέπτου πλήροε θυμὸν,
Ὥστε φλεβὴ ἡμῖν ἱμβρόεσσα ῥέει.
Δεῦρό τε ἀθανάτου γένος ἱερὸν αἰεὶ Ἄπολλον
Φοῖβε δῖος, σὺ δὲ καὶ κλῦθι ἐμοῖο λόγου.
Ἕλκεο μοῦ θυσκιὼ ποταμοῦ διὰ ὕδατος ἴτην,
Εὐρέος ὠσάμενος βόρβορον ὑγρὸν ἅλος.
Μὴ νότου εἰναλίου λασί᾽ ἀντέλλουσαι ἀῆται
Μαυρῶσιν θραυστῆς τοῦτο δρόμημα νεώς.
Ἀλλὰ σὺ χριστὲ, καλῶς ὃς ῥήματι σάρκα κυβερνᾷς,
Ὃς ζωὴ, σωτὴρ λαοσσόος τε μόνος·
Ταῦτα δικαιοτάτῳ τερενέστερα θέλγε μετώπῳ,
καὶ σπουδαζόμενον λάμβανε φαιστὲ πόνους.
Μηδὲ χολωσάμενος σὺ ὑπὲρ μοῦ θυμὸν ἐρύξῃς·
Λεῖπε με μὴ δοῦλον δώρους ἄγοντα θεοῦ.
Αὐτὰρ ἀεί μοι αὐτὸς ἐνῶν ἐν πρήγμασι τούτῳ,
Σώματος ἐν κείνῳ ὄργανον ἔγειρε φάει.
καὶ ἅμα σοῦ πᾶσαν τέκμηρε σὺ πνεύματ᾽ ἀοιδὴν,
Ἐκ στόματος νέκταρ μειλίχιόν τε τρέφε.

Εὐΐνα

# IOHANNIS OVELII BVRICENSIS CARMEN IN BELLI SECTATORES.

TRiſtia funeſti canimus diſcrimina belli,
Et ſimul Odryſij prælia dura patris.
Nunc age Muſa ueni, lauro redimita uirenti,
Carminis inſuetos exhibitura ſonos.
Noſtraq́; cæleſti ſuffundas pectora ſucco,
Pieris ut neruo fertiliore fluat.
Huc ades arcupotens ſpecioſa Cynthie fronte,
Huc ades & clemens ad mea uota ueni.
Dirige fluctiuagam uentoſa per æquora cymbam,
Perfer ad optatum carbaſa plena ſinum.
Ne quando rabidis fluidæ conuallibus undæ,
Sulcet inobſcuras naufraga puppis aquas.
Chriſteq́; fons Sophiæ, ſoboles æterna tonantis,
Dulcis amor, requies, proſperitatis apex.
Reſpice placato pauliſper ſtamina uultu
Feſſaq́; deducas numine corda tuo.
Nec me deſpicias feruentibus incitus iris
Munera præſtantem complacitura Deo.
Sed potius noſtræ clemens illabere menti,
Lumine fulcra noui roris amica ferens.
Atq; Pharitæa perluſtret ſpiritus aura
Pallados á ſiluis nobile nectar apis.

Νῦν ἵνα βαλλομένῳ γε μετὰ φρεσὶ ταῦτα ἐμοῖο,
Ὑμνεῖν ἔξεστιμ δ' ἄξια πάντα σέο.
Ἥδισται μεγάλοιο ἔπι γὰρ ὀλύμπου ἀοιδαί
Τέρπουσιν σὸμ νοῦμ πολλάκις ἀνδρόμεαι·
Φωνῇ μέλπουσαι, ἔχει ὅσα ὁ κόσμος ἐόντα,
Ὑμνεῦσαι ἀνδρῶμ πήματα πολλὰ κακῶν.
Ἀρξόμενον παύσω ὀλιγόστοις ῥήμασι μῦθον,
Μὴ μακροῖς ᾄσω τοῦτ' ἐπέεσσι μῦθος.
Οὐδέ τ' ἀλλ' εἰ μὴ ἐθελήτω ἀλήθινα καλά
Ὡς κακοὶ εἰς ἡμᾶς ἀνέρες εἰσὶ, λέγειν.
Ἐμ τούτῳ θήσω τοῦ λαπτολους κοινὸν ἅπαντα,
Ὅσπερ ἐμοὶ καμπτὴρ ὀρθοφυὴς ἔσεται.
Καὶ πόρος εὔκηλος δ' ἀνέμφονος πόντος ἀπήμων,
Εὐκόσμη ζοφόρου ὡς ἐμοὶ αὖρα δρόμου.
Καὶ μελέτην μορμηρῶν ἄμπαυμα κακῶν τε,
Μηδ' ἐλπὶς σμικρὴ ἡμετέροιο βίου.
Οὕτω γοῦν πόντου πλαυνεῖ μοὶ κύματα χρισὸς,
Χρισὸς ὅγ' ἀνθρώποις ὅσα κάκιστα φέρωσι.
Ὅσα κάκιστα φέρωμ, δώσει ὁ ἤθεα λύσσης,
Ἀνθρώπων τε μόνωμ κήδεα λυγρὰ λέγειν.
Μείλιχον ἠδὲ βίη ὁ τέρψις ἔσονται ἀοιδαῖς,
Πολλῷ καὶ ῥεύσει φλὲψ ταχυνώτατ' ἐμοὶ,
Ἀλλ' ἵνα τοσούτου ῥήτης ἀρχώμεθα φόρτου,
(τοιγάρτοι ὑμνεῖμ οὐκ ἄρα πολλὰ θέλω)
Νῦν ἄγετ' ὦ πάντες νέοι, ἀνέρες, ἠδὲ γέροντες
Ὑμετέροις ποσὶμ δεῦρο ἰόντες ὁμοῦ.

Σπεῦδε

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

.t repetens uigili diuinos mente fauores.
Attingat celebris uox ſacra laudis ebur.
Namq; Panomphæo fulgentia iubila regi,
Hauſtaq; multiſono uota decore placent.
Triſtis ut Aemonios pangit teſtudo tumultus,
Peſtile mortali robur in arte canens.
Quoslibet exiguo ſulcamus tramite curſus,
Et meus in tenui puluere ſudat equus.
Vera relaxato modulamur damna cothurno,
Queîs ruit in uetitum plebs reuoluta ſcelus.
Hæc eſt incepti certiſsima meta laboris,
Hoc anguſta chelis carcere ſaxa premit.
Sic leuis ad portum prono patet orbita curſu,
Puppis & emenſis tuta quieſcit aquis.
Sic conceſſa grauis ueniunt ſolatia curæ,
Lætitiæ requies ac benedicta ſalus.
Deprimet Aeolios ſinuoſo in gurgite fluctus,
Qui pro glebigenis fert mala cuncta uiris.
Hic dabit ex altis Erebi fornacibus auctam
Implicitamq; truci tabe referre luem.
Attica melliſluæ ſurget mihi gratia linguæ
Atq; erit in labris Suada canora meis.
Sed quo Muſa rapis per deuia compita mentem?
Ilias eſt uoti nulla canenda mei:
Vos precor idcirco pueri iuuenesq; ſenesq;,
Huc cupida faciles fronte referte pedes.

Et

Σπεύδετε, παντοίου δὲ ῥήματα πάντα λόγιο
Ταῦθ' ὑμῶν φαιδραῖς ἐγκατάθεσθε φρεσίν.
Ἔσσοντ' οὖν λιμός τε βροχή τε κατὰ χθόνα πᾶσαν·
Αἵμασιν ἀψύχοις οὐδὲ ῥέουσα λόφη.
Οὐδὲ πολυχειμώνων φλιέθοντε χάλαζα ἀργυρῶν.
Ἔνοδμόν τε κατὰ χάσμα ἔσεται ἀγρόν.
Ἄμβροτος ἀρχεβίοις ὅτι ῥήμασιν ἔκτισε κόσμον.
Φῶς ὅμοθέν τε θεός θαλπνὸν ἔδωκεν ἄναξ
Ἄργετον ἄνδρα βροτὸν ναίειν ἐν κήπῳ ἔθηκεν,
Οὐρανίῳ, πλείῳ ἄνθεος ἀμβροσίου.
Ἐκ γλυκερῶν δένδρων χερσὶν καρπώματα πίλλει,
Ὡς καρπὸν ζωῆς εὔπορος αὐτὸς ἔχειν.
Κἂν γοῦν τοῦ μετέπειτα μέγας πάντων τε ποιη-
Μήποτε ἐν ψαύσῃ δένδρον ἔδειξε θεός. (τὴς
Ἀλλά μιν ἐξαπάτησεν ὄφις γε φοβήτικος, αἰνὸς
Ἐκ σίντου δένδρου ὡς κακοποιὸν ἔδειν.
Καὶ τοῦ δεινοτάτου θανάτου ὤδη μοῖραν ἀπῆλ-
Ἀθανάτου πάντως ἐξελάθουσε θεοῦ. (θον
Αὐτίκα χωσάμενος κτίστης, ἄνδρων τε θεῶντε
Κανταμέναι μεμαὼς ἀνέρα φαινόμενον.
Αὐτὰρ μὴ ἐθέλησε πατήρ· κακὰ πολλὰ δὲ θνητοῖς,
Ἐνθ' ἰῶν ὠγε πολὺν τὸν χρόνον αὐτὸς ἔχειν.
Τούνεκα νῦν μέγα πῆμα βροτοῖσιν ἔπεσι φιλέχ-
Τούνεκα δειλαίου κήδεα λυγρὰ νόου. (θροις.
Ἐντεῦθεν νόσοι αὐτόματοι φοιτῶσι κάκισται
Ἀνθρώποις, καὶ ὄλεθρον πῆμα φέρουσι πολλιν.

Θρῆνος

Et pariter mentem ſacris intendite rebus.
Et ſimul hæc animis carpite dicta pijs.
Nec uaga Lernæo ſquall eſcet terra uenæno.
Nec fremet aſperſo laxa cruore uirûm.
Nec fera gramineos contundent tela decores,
Et quatiet uiridem miſsile fulgur humum.
Cùm Deus altitonans mundi conuexa creaſſet
Pinxiſſetq́; ſuum luce decente polum:
Nudus homo terræ uenit confictus in arua
Vndiq; purpureis condecorata roſis.
Vt ſaperet uerno flagrantem nectare fructum,
Quo uitæ cæli ſtaret ab orbe ſalus.
Parceret & ſaltem decerpere ab arbore fœtus,
Quæ Phlegetontæas exaturaret apes.
Aſt genus humanum maleſuadi fraude Draconis,
Inſeruit diræ poma nefanda gulæ.
Et cito Cerbereos ſpirauit fauce furores,
Viperio flagrans uaſta uorago lacu.
Tum uiolenta Dei creſcebat cordibus ira,
Oſſa repentina rumpere morte uolens:
Aſt miſerans fœdi tam turbida fulmina lethi,
Intulit aſsiduo ſata futura die.
Hinc labor ærumnæq́; graues ſine fine fatigant,
Atque homines nulla parte ualere ſinunt.
Obq́; cruentati morborum damna Barathri,
Noſtra iacent medijs fila reſecta uijs.

Vitáq;

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Θρῆνος ἔπεσι μὲν μάρναται ὁ οἰζύος ἄλγος·
  οὐκ ἔχει ἀλγήσεις ἐξαλέασθαι ἀνήρ
Οὔτ' ἀγαθοῦ χαίρεις ἔνθ' ὁμοῦ ὀρθὴ οὔτε δικαίου,
  Ἀλλὰ κακουχομένῳ ζῆλος ὁμαρτεῖ ἅπας.
Καὶ βλάπτει πρὸς ἑαυτὸν κακὸς τὸν ἀρείονα φῶτα·
  Τιμάει μᾶλλον φῶτα ἀεικέλιους.
Ὕβρεις γάρ τε μέμηλε κακῇ, καὶ σχέτλια ἔργα,
  Τοῖς ἕπεται μοῖραν πλῆθος ἅπασιν ἔχουσι.
Οὗτος καὶ ἀργαλέην ἐκ θυμοῦ φροντίδα ὠθεῖ.
  Οὐ καταυπαξ ἀλέγει καὶ θεοῦ οὗτος ὄπα.
Οὗτος καλόν τε φθείρει καὶ ἀδίκοισι βραβεύει
  Θοινητὸν, χρείης εἵνεκα ἀλλοτρίης.
Οὗτος παννύχιος, κακοπραγμόνων πῆμα χεῶντε,
  Καὶ λαοῖς ποιεῖ δείματα ἡσυχίοις.
Ὁ πλεῖστον συνάγει ἄφενος φιλοκερδεῖ πλούτῳ,
  Καὶ μῖσος δολερῶς τοῦ ἀναπλεῖ κραδίην.
Εἰ μὲν οὐθὶ στόματος γλῶσσαι μοὶ τόσσαι ἔεισιν,
  Ἡμέραι ἢ πόσσαι ἐν δ' ἐνὶ ὧραι ἔτει.
Ὀρνίθων καθαροῦ ἄγριαι ἢ ἐν αἰθεῖ ζωός.
  Ποικίλα ἢ κτηνῶν θηεία ἐστὶ χθονός·
Οὐ δὴ πω καλῶς τὰ ἕκας ἀγορεύσω ἀοιδαῖς,
  Πᾶς ὅσα δὴ θνητοῖς νῦν κακόποια φέρει.
Πλεῖον γὰρ λόφον, ποταμῶν τε ῥέεθρον ὀνείδων,
  Πλεῖον πανσυδίη ἀτρύγετον πέλαγος.
Οὐχ ὡδ' ἠῷου πολλ' οἴδματα ὕδατός ἐστιν,
  Οὐδ' ἐνὶ ὠκεανοῦ χεύματα ταρφὰ ἄλος.

Καὶ

Vitaq́; perpetuo contrita dolore uacillat,
  Nec crudele dies ulla ſerenat opus.
Diſplicet & concors cunctarum gratia rerum,
  Eligitur ſtygij liuor amore Ducis.
Impius accuſans Chriſti præcepta colentes,
  Diligit extructos impietate uiros.
Victa iacet pietas, ſceleratáq́; facta probantur,
  His omni ſtudio perdita ſenſa uacant.
Huic uigil audaci ſepelitur cura furore,
  Non mouet huic trepidum cælica uirga metum.
Improbat hic iuſtos, ſcelerum ſed honorat amantes,
  Lucra ſub iniuſta turpia lance parans.
Hic Diomedæas exercet nocte rapinas,
  Triſtia ſollicito tecta pauore, premens.
Aurea Trinacrij perdunt hunc dona Pachini,
  Huius habetq́; odium corda doloſa uafrum.
[illegible] mihi tot ſtridens inflauerit Aeolus ora,
  Quot ſoles plenus menſibus annus habet:
Quotq́; ſecant uolucres ſtridentibus aëra pennis,
  Quot præbet ueſper pabula lauta feris:
Haud tamen has noſtro memorarem carmine fœces,
  Terra quibus paßim contaminata ruit.
Impia nos diris fortuna uolatibus angit,
  Omnia ut aruorum ſint loca plena malis.
Nec maris Heſperij tot fluctibus unda tumeſcit,
  Aut fremit Oceani frigidus Auſter aquis:

Quot

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Καὐρτόρα ὡς ἤδη πολυκάρπου τέμπεα γαίης
  Δείρας καὶ πύργων κήδεα πολλὰ ἔχει.
Γίνεται ἀλγίστων ὥσπερ θάνατος βλεκέμιξος
  Ἀνθρώπων ζωὴ δάκρυσι καὶ στοναχαῖς.
Ὥσπερ γοῦν δειναῖς ὁρμαῖσι πόντος ἀήταις,
  Ὡς αὔξει μᾶλλον ζωὴ ἅπασα κακοῖς.
Ἀλλά γε τοιούτου τίς βλάμματος αἴτιός ἐστι;
  Τίς γένεσις πρῶτον, φῶτες ὧδι χθόνιοι;
Μῶν οὐκ ἄνθρωπος πολεμεῖν χείεισα τύραννος;
  Δὴ ἵνα τοῦ θυμὸς ἑαυτοῦ ἕκησι ποιεῖ.
Ἔθνεα γοῦν τ' ἀΐδου ὥσπερ διὰ χάσματος ὄμβρου
  Ὄρφνα κορυσσομένου κερβέρου ὠρύεται·
Ὠμηστὴ πολλὰς ψυχὰς ὠθοῦσιν ἔχοντας,
  Αἶψα καὶ ἑλκοῦσιν πρὸς στυγὰ χρῶτα νεκρῶν.
Οὐκ ἄλλως κεῖνος τέτρομον καὶ δήειν ὀφείλει;
  Σχέτλιον ὅς πολέμου ἆθλον ἐγείρει ἑοῖς.
Ἐνδελεχὴς τιμάει ἔειν σὺν φίλῳ ἐρέμνῳ,
  καὶ κινέον τε νόον καὶ ὀλοφυδνὸν ἔχων·
καὶ πόθον ἀργαλέον, καὶ ὀμοργὰς μελεδῶνας,
  Νυκτερείνους τε πόνους ἀμφιβόλους τε νόσους.
Ἐν κακότητι νοεῖ μὲν ὧδι χθονὶ γῆρας ἄυπνον,
  Αὐτόματος δεινοὺς ῥήγματα πολλὰ φέρων.
Ἐκφέρει αἰσυρὸν μυσαρὸν καὶ φύλοπιν αἰνήν,
  Παυσωλὴ πέλεται οὐ παρὰ πάντα χρόνον.
Ὅς γοῦν ἀλιτραίνει καὶ ἀτάσθαλα μηχανάαται
  Μήποτε δειμαίνων ἄνδρα ἐπερχόμενον.

οὐκ ἐρ-

Quot fera terrificum ſpatiantur fata per orbem,
  Fata ſalutiferis diſpoliata bonis.
Funere ceu nigræ præcedit nubila mortis
  Vita doloriferis undiq; plena malis.
Cyclados Aegæis ut frangitur unda procellis,
  Sic mens caſſa dei diſcruciatur ope.
O homo quo tales ueniunt auctore dolores?
  Primaq; quis tanti cauſſa caputq; mali?
Hi faciunt quibus arma placēt & Martius horror
  Atque ſuos ſocios ad fera bella mouent.
Nam uelut horriſonis ululatibus æſtuat Orcus,
  Cerbereo reboans ſtagna per ima choro,
Eructans animas per diros faucibus æſtus,
  Trudit ad infernos impia corda lacus:
Non ſecus infeſtis commiſcet peſtibus orbem,
  Qui ualido belli ducit amore uiros.
Euomit ardenti damnoſas gutture lites
  Lymphati rabie diffluit atque canis.
Atq; animum uaſto curarum gurgite mergit
  Et rotat aßiduus fletibus oſſa labor.
Inde ſenilis hiems tremulo uenit horrida paſſu,
  Triſtis Auernali criminis aucta dolo.
Pectus ad interitum ueſanis territat armis,
  Halcyonis nunquam poſcit habere dies.
Flebilis exundat peccati fluctibus atris
  Diuinaq; pios reſpuit arte uiros.

Οὐδ' ἀπ' ἀλλοτρίων κτεάνων ἀεσίφονα θυμὸν,
οὐκ ἐργαζόμενος πρήγματα χερσὶ, φέρει.
Ἐλπόμενος δ' ἅρπακτα γ' ἔτοι οἱ χρήματα πολλά,
καὶ μισθῷ πολέμου κέρδεα αἰσχρὰ λαβεῖν.
Αὐτὸς ἀεὶ πόλεμόν τ' ἐθέλησιν δηείν τε κορύσσειν,
Θυμῷ γηθήσας ἄιθοπι δεινὸς ἀνήρ.
Νῶϊ κλυτὰ δῶρα περὶ σκληραῖς κνήμησι τίθησι,
Ἐν χερσὶν μεγάλλαις ἄρρετον ἔγχος ἔχων.
Αἰγίδα τ' ἀμφ' ὤμοις χρυσείην τετρυφάλειαν,
ἀιωρεῖ τε ἄορ χάλκεον εἴς τε πόδας. (πους,
Καὶ δ' ἄρεος βλοσυροῖο ποδώκεις λαμβάνει ἵπ-
ἅρματα, κνημῖδας, πέλτα φαεινά, μένος.
Καὶ ἄλοχος παῖδές τε ὁμοῦ στενάχουσιν ἐκείνου,
Μισοῦντες μῶλον τούτου ἔρωτα νόῳ.
Ὡς ἅμα ἱέμενος χλεύην καταδήμεναι ἀνδρῶν,
Παντοίην ὤμῳ στήθε' ἵησιν ὄπα. (τῇ,
Φθεγγομένου κλαγγὴ σάλπιγγος ἀκούεται αἰκ=
Καὶ φωνῶν ὄσσιν πλείη ἄρουρα βοῆς.
Ἡ νίκα ἡγεμόνος κοσμεῖ πολέμοιο κορυστάς,
Δὴ ἰάχει ὑπὸ αὖ ἄχθει αἶψα σάκος.
Ὀξέα δὲ λιγέως ἄραβος γίνετ' ἤλιθα ὅπλων,
Καὶ λήσης ἦτορ πίμπλαται ἐμμονέως.
Ὥσπερ φυρόμανος θορυβωδῶς μαίνεται ἄρκτος,
Ἐξώλης διὰ τοῦ δειράδος ἦτορ ἄγων.
Ἐσυμένως ἄρης, ἐνὶ θυμῷ θάρσος ἀέξων.
Ζεύγνυσ' ἀνθρώπων σώματα πολλὰ ἑοῖ.

Καὶ

Viuitur ex rapto, furto ſubducitur aurum.
Vix unquam exudat molle laboris opus.
Sed ſibi ſub belli per faſq; uefaſq; lucellis,
Corradit Lydi ſcabra talenta ducis.
Excitat ut ſtillans certamen tabe Megæra,
Belliger hic tacito gaudet ouatq́; ſinu.
Horridus apprendit crepitantia munera Martis,
In manibus ſtridens uiribus haſta tremit.
Suſpenditq́; humeris clypeos, & ſcuta cruentis,
Adq́; pedes gladius cingit utrumq; latus.
Martius hinc ſonipes hinnitibus aëra turbat,
Currus & ex omni telaq́; parte ſonant.
Hinc uxor,natiq́; replent plangoribus ædes,
Non tantum ſueti pectore ferre ſcelus.
Aſpera cum certis pateſiunt prœlia ſignis,
Diuerſis radiant lumina ſparſa locis.
Iamq́; quatit latos mugitu buccina campos,
Puluerea & uocum rictibus arma tument.
Fulmineoq́; fremens dux inſtruit agmina dente,
Bellantum latrant ora furore uirûm.
Quilibet excitis miles minitantibus armis
Lernæo iactat crura repoſta luto.
Ceu terræ præceps exæſtuat urſus hiatu,
Vt Veneris ſolitæ, feruida furta latent.
Arma fremit Mauors agitatq́; in pectora uirus,
Atq; ſuam Marſis fellibus addit opem,



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

καὶ τό τε ἐμμεμαυῖα βροτῶν ὧδ' ἔρχεται ἠχή,
    Μωραίνουσα ἰμοῦ τόσσην ἐλὼ ἰαχή.
Ὥσπερ ὅταν βασιλεὺς κάλλιστος, ἀγητός, ἀναρχ
    Ἀστεροπῇ πλήττει ζεὺς ψολόεσσαν χθονά·
Ἔργα τε χειροποίητ' ἠχείαις πίπτει ἅπαντα
    ἄσπετα τε μήλων ποίμνια, δένδρα, βροτοὶ
Ὣς ἠχεῖ πάντως ποτε τεύχεα ποικίλα χαλκ
    Γλωίνεα δηλαΐστης σῆμα τιθεῖσι μάχης.
καὶ πολλῇ φέρεται κεκορυθμένη αἶα πτοίσει,
    Ἐνδαίας τε βροτῶν πάντοτ' ἔχουσα νόσους.
Ὅς καὶ δεξιτερῇ τινάσσει φάσγανα χειρὶ,
    καὶ κινεῖ κεφαλῆς ἔγχεα δεινὰ ὕπερ.
Καὶ βαρεῖ ἐγγὺς ἰὼν αὐτοσχεδὸν ἀσπίδος ὄμβρα
    Εἰς κτόνον εὐκνήμις δήϊον ἄνδρα ἐλεῖ.
Ὅς τοι δὲ ξίφει οὐτάζων ἄλλοτε λαούς.
    Θεογόνων δηλεῖ σπλάγχνα ἔοντα βροτῶν.
Χεῖλος ὅδ' ἐστι δακνῶν καὶ χερσὶν πρήγματα ἔρδων
    Ψυχὴν καὶ θυμὸν τλήμονα περιθέμενος
Τοῦ ἵνα νικήσαντ' ἔρχηται ἄλλαον εὖχος,
    Νωμελέως ὑπὲρ ὧν ἐν προμάχοισι μένει.
Στέρνα περὶ στερνοῖς θεὶς ἠδὲ τε ἔγχει ἔγχος
    Ἐν δὲ βέλος βέλει καὶ πέλεκυ πελέκει.
Τε θυρεοῦ θύρεον ἐπὶ ξύστου ξύστον ἐρείσας
    καὶ τότε παμφύρτη γίνεται ἡ μάχη.
Οὗ πεσσίῳ εἶσιν κεκλήγοντες δ' ἀλαλητῷ,
    Ὁρμὴν ὤμηστον καὶ θοῦροι ἔχοντες ἀεί.

Glebaq́; terriſono reboat montana fragore,
Et tantus rapido prouenit ore ſonus.
Quantus in orbiflui reſonat fragor æthere curſus,
Cælica dum torto fulmine tecta ſonant.
Intima cum grauidæ tanguntur uiſcera terræ,
Cunctaq́; quæ tellus ſubtus & intus habet.
Splendida ſic torquet Geticus cunabula Mauors,
Sic ſtudet hoſtiles uoce ciere uiros.
Ipſa tremunt tali terræ fundamina luctu,
Peſtifera belli contaminata lue.
Hic nitidos dextro gladios quatit ære lacerto,
Haſtaq́; ſub lato uertice iacta ſonat.
Splendentis propius concurrens aſpidis ymbre,
Diſtrahit hoſtilem per fera fata uirum.
Hic feriens duro gladiorum robore gentem,
Diuini lacerat uiſcera pulchra gregis.
Dentibus infrendens, facinus crudele laceſſens,
Haud animo belli funera ſæua fugit.
Vt ueniat læto uictoria celſa triumpho.
Hinc aciem, ueritus nulla pericla, premit.
Et galea galeis, haſtis occurritur haſta,
Mutua cum peltis tela bipennis habet.
Concurrunt gladij gladijs, umbonibus umbo,
Iamq́; rotant ferrum iam ſua tela parant.
Iam mirando ruunt denſata per agmina curſu,
Hoſtibus & præceps ira per oſſa furit.

Χερμαδίοις ῥίπτει ἄλλος μεγάλοισι κάρηνα,
  Οἰκτροτάτοις ὤμοις μακρὸμ ὀϊστομ ἔχωμ.
Ξαινόμενος πίπτει ὑπὸ ἀσπίδες ἄλλοθεν ἄλλος,
  Πολλοὶ θνήσκουσιμ χέρμασιμ ἄνδρες ὁμοῦ.
Ῥίζαντες δὲ τάχιστα μελίφονα σώματα λόγχαις,
  Ἕλκοντες ῥινοῖς σώματα βλαπτομένοις.
Οἴμοι μὲν τόσσας ψυχὰς κακοῦσι μεγαῖραι,
  αἵματι ἀνδρομέῳ ταρτάρῳ ἐμ λασίῳ.
Μηδέ μιν ἄν ποτε μοῦσα λέγειμ ἀνύσειεν ἅπαντα,
  Γίνεται ὅσσα βροτῶν ἔργ᾽ ἀείδηλα παθεῖμ.
Ὦ ἀνιηρότατοι μάργῃ βεβολημένοι ὀρφνῇ;
  Πάντε δὲ ὦ πάντη ἄνδρες ἀειρόμενοι;
Καὶ περιλιπόντες ἀεὶ αἰδοίης κόσμια οἰκτρῶς,
  Καὶ εὐρεασίλοισι πῆμα χέοντες ἅπαμ.
Οὐ μεγάλημ Χριστοῦ πλάστου δειδιότες ὀργήν;
  Ἤπιομ οὖ φανερῶς φεύγετε ὁ ἔργμα θεοῦ;
Πῶς ὑμεῖς ὑψοῦσθ᾽; ὅπλεσθε φεσ᾽ οὐ θεὸμ ὑμῶμ;
  ἄρχει ὃς εἰς ἀρχὰς μοῦνος ὑπέρμεγέθης.
Ὃς πεποίηκεμ ἅλας, γαίας τε καὶ ὕδατα πόντου,
  Χεύματα δὲ πηγῶμ οὔρεα πάντα χθονός.
Ὅστε πίθησ᾽ ὑπὸ γῆς σεισμοὺς μαλεροὺς τε κεραυνοὺς,
  ἀστεροπὰς πυκνὸμ καὶ ἀνέμοιο σθένος.
Τίς χόλος ἢ μανίη κραδίωμ οὕτως ἐλεεινῶν,
  ἀκρασίη θ᾽ ὑμῶμ σώματα νῶτρα σκέπει;
Εὐμὲν ἔτου μῦθομ περιλιπόντες ἀπήλθετε κτίσου,
  Κηδέ κεμ ζωὴμ ἐξοπίσω ἔχετε.

Νυκτὸς

Saxorumq; ſonant agitata per aëra iactus,
Cuilibet ex humeris Partha ſagitta furit.
Oſcula dant gelidæ uibrati cuſpide terræ,
Linquentes tepidis membra reſecta rogis.
Intima fatifero rumpunt præcordia ferro,
Dißipat iniuſté dura ſagitta cutem.
Eheu quot uindex animas Bellona Megæræ
Præbet, ut infernis dilacerentur aquis.
Nulla nec hos omnes numeraret Muſa dolores,
Quos debet duro miles in ære pati.
Quo ruitis miſeri? quæ uos dementia cœpit?
Quo colubros tetrico Styx nigra lacte uomit?
Siccine uirgineo uita eſt ornata pudore?
Siccine mens atra nube ſepulta iacet?
Siccine commotam formidant cælitus iram
Sydereumq; colunt pectora cæca deum?
Cur mens alta Deum ſpernit ſublata Tonantem?
Qui regit humanas ſolus & unus opes.
Qui mare, qui terras, qui ſæui murmura Ponti,
Et uario ſparſas flumine fecit aquas.
Qui ualidos iacto perturbat fulmine montes,
Præbet & inſanis uela ferenda notis.
Quis ſtygium cæcus furor implicat oßibus ignem?
Exerit aut fœdum tetra libido caput?
Mergitur impura uanum caligine pectus,
Deſpicit aſtriferæ compita tuta uiæ.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Νυκτὸς ῥεμβόμενοι πλάνῃ σκοτίῃ τε μελαίνῃ,
  Ἥλιον πάντως φεύγετε λαμπρότατον;
Ἔσται ἄιψα ἐμοῦ καιρὸς πιστεύετε μύθῳ,
  Ζηνὸς ὅταν ἥξῃ οὐρανόθεν νέμεσις.
Ὑμῖν εὐκταῖος μύσκος πρόπισα δοκήσει,
  εἶτα ἀγαλέρκτον σώματα ἄχθος ἑλεῖ.
Ὥσπερ τ' ἐρχόμενον καθαρῶς ἀποφαίνεται αἶθος,
  Χρυσέιου αὐγῇ ἠελίοιο καλῇ. (ἄχλυν.
Αὐτὰρ ὅταν δ' ἄλλος οἶδμα θαλὼ ἀπερεύγεται
  καὶ τρέχει πνοιῇ τέρματα πάντα νότος.
Δή ποτε τοσαύτῃ ἀποπίπλει χείματος αὔρῃ,
  Ἡ λιθὰς ὁ σμικρῷ τούτῳ ἄπεισι χρόνῳ.
Οὕτω κεῖνος ἀνὴρ θαλλούσῃ σαρκὶ χαλάζει,
  Εὐσάρκῳ θυμῷ πάντα μάταια φέρων.
Ὅς φλιεθὼ γρύπνῳ δηλαίει γαίαις ἀγῶνι.
  Χερσὶν ἀμειδήτους κτήματα πολλὰ συλλέγων.
Δὴ γοῦ ποιητὴς ἀνθρώπων, αἰθέρα ναίων,
  ὃς βλέπει ἐνδεξῶς φῦλα ἅπαντα μόνος.
Τοῖς ἀγαθοῖς (ποιεῖ γοῦ πράγματα πάντα δικαί
  αὐτὸς ἀεὶ προφέρει πλείονα καλὰ πολύ. (ως)
ἀνδράσι τοῖς ἀδίκοις χλεύασμ' ἀπέρωτον ἐγεί-
  ἄλγεα δηλήσεως δακρυόεντα φέρει. (ρων.
Ὢ μόσιν ζωή, ἐξῆς δηλήματα πυκνὰ
  καὶ προχέει μόρμον φάσμα βροτοῖσι λίαν.
ἐκ τοῦδ', ὅς πολέμους αἱρεῖσθαι βούλεται αἰνούς,
  Χερσὶν ἔχων χαλεπὰς τεύχεα λυπρὰ μάχης.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Quæritis extremi tenebroſam funeris umbram,
Et fugitis clari Solis utramq; domum?
Mox cæli ruptis per celſos nubibus orbes
Terra procellarum flebit acerba minas.
Dulcis inexperto laſciui gloria Martis,
Cladibus experto durior illa uenit.
Ac uelut æſtiuis fertur flos gratior undis,
Vt leuis Aeois Lucifer exit aquis:
Cumq; furoriferis nigreſcunt æquora uentis,
Erutaq; ex imis feruet arena fretis:
Tum flos hyberni flacceſcit turbinis ymbre,
Et perit infidis inſinuatus aquis:
Non ſecus is uacuas uaneſcit in aeris auras,
Pectore prætendens omnia uana ſuo:
Ad fera crudeli qui ſurgit bella ruina,
Emittens uetita ſcuta ſceleſta manu.
Nam Deus excelſi reſidens ſuper æthera mundi,
Colluſtrans oculis cuncta creata ſuis:
Larga pijs præbet prædiuite munera fonte
Omnia nam iuſta pondera lance facit.
Punit & humanos per ferrea ſceptra furores
Contundens manibus ſaxea corda ſuis.
Crimina quæ rabidis fundunt contorta lacertis,
Dum iaciunt plenis Martia bella uadis.
Hic quibus Eumenidum per uiſcera paſcitur æſtus,
Et portenta placent tincta cruore Stygis.

Ὅσσα κενοσπούδους κατ' ἀνθρώπους ἀλάληται
Τὴν πρὶν πάντα χρόνον μύρια λυγρὰ κακῶν.
Ταῦτα μὲν ἐν τάξει φανερῶς καὶ πάντ' ἀγορεύσω,
Εὔλογε κοῦρε ἐνὶ βάλλεο σῇσι φρεσί·
Λαμβάνει ἡμετέραν ἤδη φόβος ἄθλιος αὐδήν,
οὐ δύναμαι νοερῶς δὴ καθέκαστα λέγειν.
Θῖνες γοῦν θ' ὅσσοι περὶ πλευρὸν ῥεύματός εἰσι·
Τόσσα κακῆς πέλεται θρηνώσματα δεινὰ μάχης.
Ὁ ἰσχρομάνη ἄρεος ἤκει, πολυδακρύου αὐδή,
Ἀνθρώπων συγεροῖς σώμασιν ὀλλυμένων.
Μισγομένοις ἄλιοι λούονται αἵμασιν ἄνδρες,
οὕτω δεινοτάτη ὄψις ἀγῶνος ἔην. (μων,
Ἡγεμόνων τε φθορὰ μεγάλων ἀνδρῶν ἐπισκή-
Ἔνδοξόν τε γένος παντόσε ὄλλει ἅπαν.
Ἦ μέγαλοι βασιλῆες ἐς ἄλλην γαῖαν ἴασιν,
Οὐ μία γοῦν πολέμῳ πλείονας ἄια φέρει.
Ὠμότατον Ξέρξης ἐξ Ἑλλάδος αἰσχρὸς ἔφυγεν,
Ὕστατα πεζεύων πείρατα ὑγρὰ χθονός.
Τὸν καί τοι ἄλλη ὑπεδέξατο γαῖα καμόντα,
καὶ ὃς ἀπέψυξεν κῆρι κάκιστα βίον.
Πολλὰς πρηνίξειε πόλεις καὶ ἔργα θεμίστων,
Ἀννίβας εὖ μὲν ἔχων νείκεα πολλὰ βέλει.
Σὺν καιρῷ αὐτός τε πέπονθε κακόχολος ὀργήν
Δυστρόφου ἐνδαύλημ τοῦ θανάτοιο σφοδρῶς.
Οὐ σθένεν δύναμαι μοῖραν πομπήιε στυχεῖν,
Δειλαίων δ' πάλαι σύστρεμα ὧδε βίου.

Ἦ μὲν

*Hi laniant uani totum cruciatibus orbem,*
*Atq; uiros torquent nocte dieq; malis.*
*Sedula quos breuiter reſonabit Muſa fragores,*
*Hæc animo iungas dogmata Tyro tuo.*
*Concita uena tremit gelido ſtupefacta pauore,*
*Neue manus ſolita currit eburna cheli.*
*Nam mare quot conchas, ſteriles quot littus arenas,*
*Per uaga tot clades uiſcera mundus habet.*
*Anxia belliſono rumpuntur pectora quæſtu,*
*Triſtia & aßiduis ymbribus ora natant.*
*Oſſa repercußis lacerantur feruida membris,*
*Tam belli fertur peſtile iudicium:*
*Splendida depaſcit ſubitis delubra ruinis,*
*Immaniq; feras aſperitate domos.*
*Eijciunt tumidos Mauortia claßica reges,*
*Diſcordes uectat non ratis una duces.*
*Perſicus Argolicæ metuens rex climata terræ,*
*Victa dedit trepidæ colla comasq; fugæ.*
*Dumq; alijs ueluti fugibundus conſtitit exul,*
*Commiſit miseræ fata ſuprema neci:*
*Sic ferus intonuit fulgentibus Annibal armis,*
*Subijciens regnis oppida uaſta ſuis.*
*Sed reſupinus humo depungens uertice terras,*
*Turpiter in Stygias crura reliquit aquas.*
*Neue Elegia tacet, quantum Pompeius anhela*
*Pertulerit Martis mente furentis onus.*

*Omnia*

Ἦ νῦν κράτος κόσμου σὸν ὅλου μεγάλοιο πέλωρον,
Ἦλθεν σοὶ πολέμῳ πῆμα πονηρότατον.
Οὐδένα δυσφήμη ἐφύλαξεν φύλοπις ἄνδρα,
Ἀλλὰ ποδιμαυρεῖ πάντα ἔοντα βροτοῖς.
Οὕτω καὶ κῦρος πέπτωκε πέλωρος ἄρηϊ,
Ἀκμαῖος πρόσθεν κείμενος ἐν στόμασιν.
Οὕτω καὶ ξύστοις κακοῦ ἔκτατη ἐχθροῦ ἅμιλλας
Εὔθετος, ἔυρωστος, πλούσιος, εὐπετέως.
Καὶ μάλ᾽ ἐπ᾽ ἀλλήλοις ὄμβρῳ μαίνουσι σεισμοὶ
καὶ χῶραι, γαῖαι καὶ ὀροφαί, πόλεες.
Τέμπεα καὶ πολλῶν ὑψηλά τε δώματα λαῶν,
Ἀνθηρῆς πίπτει γῆς ἔπι πυθμενόθεν.
καὶ πάντεσσι βροτοῖσι κακὴ μετόπισθεν ἄλωσις
καὶ ἥκει αὐχμὸς τοῖς ἀνιηροτάτοις. (σωμ
Πρῶτα λόφους ἥλω πολυκόμπων κτίσματα πύρ=
Ἔνθ᾽ ἔχεν ναέτης πείρατα γαίας ὅλης.
Αὐτὰρ ὅταν δήλαισα βροτοῦ κινύγματα ἦλθον,
Δυσσεβέων δήπου φάσματα φυλοπίδων.
Καὶ φθορὸς ἐπείρησ᾽ εὐτέχνη πόλιας μεγαλοίτους,
Τὴν ἵνα γῆ πυρσῶν ἦσιν ἀχλυμμένη.
καὶ λαὸς παντῇ ἀπολείπων βήμαθ᾽ ἕκαστα,
Εἰς ἄλλην δήλωας ποσὶν ἔφυξε χθόνα.
Ἐν δόξῃ μεγάλων βασιλεῖ ἠγείρετο μήδων,
Οἱ ἐξήνεγκον ὃ θυρεοῖο νέφος.
Ἀλλὰ ἄναξ ἀμετάβλητος πανυπέρτατος ὅλος,
Θεσμὸν ἔθηκεν τοῖς ἡγεμόνεσσι μέγαν,

τοῖς

*Omnia qui proprijs quaſſabat climata frenis,*
*Sed Martis cecidit uita reſecta manu.*
*Ardua ſic rapidum conſtringit guttura bellum.*
*Et quæcunq; poteſt parte nocere nocet.*
*Sic perijt Cyrus uiolenti fulmine belli,*
*Eſſet ut in ualida læta iuuenta cute.*
*Sanguine ſic rupto contabuit hoſtis Amilcar,*
*Cùm gereret manibus prœlia ſæua ſuis.*
*Fulgida magnorum referam pallatia regum?*
*Atq; ſuperborum mœnia celſa ducum?*
*Aut etiam æternis fabricatas ſedibus arces?*
*Omnia Bellonæ regna furore cadunt.*
*Et uarijs turgent mortales cædibus oræ,*
*Cum uaſtus nigras pandit hiatus aquas.*
*Prima ferebatur Perſarum regia ſolum,*
*Immenſis terræ multiplicata foris:*
*Cumq́; uenœniferos furijs agitantibus ignes,*
*Martius ancipiti gliſceret enſe furor.*
*Nigraq́; ſanguineis turgeſceret unda lupatis,*
*Staret et aſſueto planta relicta thoro:*
*Tum uelut æthereo de cælis tacta furore,*
*Plebs preßit uarios diſpatiata focos.*
*Et rex Midorum populos, & regna coegit,*
*Martis & inferna miſcuit arte faces.*
*Sed Deus horrificis afflixit uiſcera pœnis,*
*Cerberij pandens regibus antra lacus.*

Τοῖς ἵνα δυστήνης ἀσεβείας πῆμα ἔησι,
καὶ ἀδίκου κραδίη ἀθλοφόροιο κακή.
Πλοῦτος δ' ὅτης κτίστης τε θεὸς, σωτήρ τε ἐάων,
καὶ τότε ὕβρεως ἐφόδου αὐτὸς ἔδωκε τέλος.
αἶψα μακηδονίων πάσας χώρῃσιν ἀρούρας,
Ευρυστάτους ἀγροῖς χερσὶ πεπλησίακεν.
ἀλλὰ ἔπειτα μακηδονίης βασιλεὺς μέγας ἀρχῶν,
Δύσφορα τοῖς ὤμοις ἤρξατο γέῤῥα φέρειν.
Ἔμπαλιν εἰς βλέννη δ' ἔτρεχον βασιλεῖα φυ-
Σώματα καὶ φαιστὸς πάντα ἔκοψε θεός. (εινά
Ἴταλος ὑψηλῶς μακρὰς συναγείρατο λόγχας,
Ῥαστάζων σταθμοῖς πλέθρα μακηδονίης.
Οὗ ὕπο κοσμος ὅλος νώτῳ δόλειον ἀύπνῳ,
Μικρὸν ἔχων πρὸ πάλαι εἰσφορὰ πολλὰ ἔδω.
Ἴταλοι ἐνδαΐοισι ἔνθ' Ἑλλάδα γαῖαν ἔφευγον,
Ἐστὶ καὶ αἶα σόφοις οὔποτε βρασσομένη.
Θαῦμα πυρὸς γαῖαν μεγάλην ἥρπαξε κάκιστα,
καὶ ταύτης ἄρδην πᾶσα ἔπιπτε πόλις.
τὴν γοῦν ἐς αἴγυπτον, μακρὴν ὁδὸν ἐκτελέσαντες
Πολλὰ μογήσαντες ποσὶ βεβήκασ' ἑοῖς
καὶ πρὸς γερμανοὺς τότε πάντες ἴασι πελώρους
καὶ πρὸς ἀεὶ κείνοις πάντοτε νεῖκος ἔην·
Ευσκήπτας πόλιας μακρῶς καὶ ἄνδρας ἐπόρθουν,
Ἠδὲ γεωλοφίας κτίσματα καὶ φαιδρά.
Πολλά τε συμφώνως χώρῃσι τρόπαια πατρῴαις·
Σὺν πομπῇ μεγάλῃ ἧκασι φαινόμενοι.

ἠδὲ

*Vt fremeret fœdis agitata furoribus ætas,*
*Iuſtitiæ & ſtimulans eſſet ubiq; fames.*
*Et pater arcitenens, qui nutu dirigit orbem,*
*Euertit ualida concita regna manu,*
*Et Spartana palàm præfecit claßica regno,*
*Et dedit imperij frena tenere ſui.*
*Quæ quoq; Strymonia torſerunt lampade terras,*
*Cum ferrent humeris ſpicula ſæua ſuis.*
*Iueruntq; duces Erebi flammantis in ignes,*
*Mandantes Stygijs pabula toſta focis.*
*Horrida ſurrexit plaudentibus Auſonis oris,*
*Et fremuit bellis lata per arua ducum.*
*Subiecit proprijs immenſum legibus orbem,*
*Qui fuit huic multas ferre coactus opes.*
*Huius in aduentu perterrita Græcia, cæpit*
*In uarios terræ uertere terga ſitus.*
*Huius in aduentu multis miracula ſignis,*
*Edita belligeri contremuere dei.*
*Senſit inexhauſtos Memphitica terra dolores,*
*Auſonijs paßim diſcruciata uiris.*
*Eduxit regio tremebundos Belgia uultus*
*Italus ut placidas uictor adiuit opes.*
*Et fugitiuorum trepidantia colla ſecutus,*
*Euertit uirides cæſariatus agros.*
*Huic erat aßiduè ſublimis Marte triumphus,*
*Sæpius in patriam læta trophæa tulit.*



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ἢ δὲ δυηχοῦσιν κείνων ὑπὸ δούρασ᾽ ἔπιπτον,
Τείχεά τε λοφίων σκῆπτρα βεχρυνομένων.
Καὶ ἄλλαις πόλεσιν καρχηδὼν αἴσιμον εἶλας
Εἰς ἑτέραν δ᾽ ἤπαλαι γαῖαν ἔδεισε φυγεῖν,
Καὶ οὕτως ἄρδην ποτε ὦφε κόρινθος ἄλγεσιν,
Πλείν ὅτ᾽ αὖ εἴη ἀλκὴ ὅλη θυρέων.
Αὐτὰρ μῶν αἰεὶ κράτος Ἰταλίδησιν ἐκείνοις
Ἀνθρώποις ἔμενεν ἄχρι τοσοῦτο χθονός;
Οὐ μὲν δὴ, πέμψεν δὲ θεὸς νῷ φέρτερος αὐτοῖς
Αἰδομένην μοίρην δείματα βλέννα, φονός.
Ἐκ παντός τε τρόπου βασιλείας σκῆπτρον ἐρημῶν
Ὑψηλὸν πληγῇ δεινοτάτῃ ἔδορε.
Αἳ αἲ σοὶ Ῥώμη κεῖσθαι, ἧς εὐοπλὴ ἰσχὺς
Δώματα καλλίστου λευκὰ βέβηκε Διός.
Οὕτω τε πολέμῳ θάλλουσα ἀπώλλετο Τροίη,
Πάντοτε τῶν ἄλλοις δεῖμα ἐληλαμένοις.
Πολλαὶ καὶ πόλεες σφετέρησιν ὄλοντο μαχαίραις
Ἀρετῆς ἐκ σπουδῆς αἰεὶ ἄγουσαι ὁδόν.
Καὶ πολεμοῦσιν ἀεὶ νῦν ἀνδράσι πένθος ὀπηδεῖ
Μεστὸν τε κλαυθμοῦ τε γοερῆς κακίας.
Οὕτω μωμητοὶ θέλουσιν σώματα πάντες,
Οἱ μύδρων φλόγιον χερσὶ φέρουσι τοσόν.
Φλέγματι τῷ δείρας κελαρύζει δύσμορον ἀν
Εἰς πόταμον κοῖλον πάντοθεν ὀλλυμένων (ἀνδρῶ
Ὄμμασι τίς δὲ πολυφραδέως οὐκ ὄπιπτη ἀνδρῶν
Ὅσσα ῥέει δεινῶς ἐκ πολέμοιο κακά.

ὑψηλοὶ

Huius ob immenſi portenta ſceleſta furoris,
Oppida terriſono multa fragore iacent.
Sic gens exuſtæ Cadmæa ardoribus urbis,
In uariam præceps accelerauit humum.
Sic populus Martis frendens Cenchræus habenis,
Bella ſub infeſtis odit amara ſolis.
Semper at Heſperio ſeruarunt ſceptra uigore
Biſtonij tinctæ Martis odore dapes?
Haud equidem ſanè, ſed miſit rector Olympi,
Ipſe per omniſonas toxica monſtra plagas.
Oſſaq; diſſecuit tetrum redolentia uirus,
Et dedit infernis dilaceranda feris.
Eheu Roma iaces, quæ latis finibus olim,
Omnia terrarum ſceptra tenere ſoles.
Dardanaq; Argolicis ceciderunt Pergama telis,
Iliacis uaſtæ mœnibus ipſa baſes.
Quot modo Tartareis ſuccedunt faucibus urbes,
Quas paßim Martis bellicus horror habet.
Interea furijs uaſtos ſcindentibus artus,
Aſpera flebilibus corda teguntur aquis.
Turgida ſic rigido ſtringuntur guttura ferro
Martis inobſcuris contaminata globis.
Peſtilis ut calido tepefiat ſanguine tellus,
Atq; cruoriferis Pontus inundet aquis.
Quis modo non laxis hominum decernit ocellis,
Sub duce belligero quanta uenœna cadant.

Ὑψήλοις νήεροι ἀγκῶνες ἐμ οὔρεσίμ εἰσι
Πλήρεες ἀνθρώπωμ δυσφορέωμ νεκύωμ.
αἵματι ῥηγνύσκουσ' ὀμβρήματα ἡμμένα γαῖαν,
αἵματος ἐκπληρεῖ πᾶσα χάραδρα δόμου
Οἰμωγὴ κόπετός τ' ἐστὶμ κατὰ ῥώγαδας αἶα
Παμφυρτός τε κείνει φλεγμὸς ἀέθλου ὅπλα
Ἔσσετ' ἀκοίμητος κακίη, πενίη τε βροτοῖσι,
Χερσὶμ ἀεὶ κρυφίως τρέκτομ ἔχοισι ὅπλον
Ἔνθεν δ' ὀλέκεται γυνὴ καὶ πλοῦτος ὅμαυλος
καὶ πίπτει ἄκρως τείχεα μακρὰ χαμαί.
Χαλκείοις ἐσθλοὺς ὀλέουσιμ δούρασιμ ἄνδρας,
Πολλὰ βροτῶν ἐλεῶμ πίονα μῆλα, κῦνοι.
καὶ ὁμοῦ εὐποίητα πυρὶ μαυροῦσιμ ἀθέσμως,
Δώματα χευόμενοι δὲ πέδομ ἠδὲ λόφας.
Εἶτα ἀνολβοτέραν ἄλλην πρὸς γαῖαμ ἄγουσιμ,
ἐκ γλυκέωμ θαλάμωμ ὠεικὰ τέκνα βροτῶν.
Ὥστε ποσὶμ ῥαδινοῖς ὄπισθεν ἐκεῖνα πεσόντα,
Εν δέσμοις μητρὸς δηιοτῆτος ὕπο.
Οἰκοπέδου κτήσεις πολεμήιομ ἄνδρα ἅπασας
Καρπίζονται σφισὶμ βλέμμασιμ αὐτοὶ ὁρᾶν.
πρὸς τούτοις ῥαμφὴ πάντεσσι πλήθεσι βροτοῖσι,
Μισγόμενομ λοιμῷ πῆμα βαρυνομένῳ.
καὶ τρέχνωμ δ' ἐνδρῶμ δήλημα δίδωσι κάκιστομ,
Ἄλγεα δὲ λιμοῦ δακρυόεντα φέρει.
Καρπὸμ ἀπειρέσιομ καὶ ἄλλωμ τρέμματα ἀγρῶν
καὶ μέλιτος γλυκεροῦ εὔτοκα δῶρα φέρει.

Γαίτα

Læta ſub intonſis feruent anfractibus arua,
  Arua cadaueribus continuata ducum.
Sanguineo terræ fluitant ſudore meatus,
  Et deſerta nigro cœpta ſpuore madent,
Arduus horrificis reſonat clamoribus æther,
  Et manus à ſupera iudicat arce ſolum.
Impia nam triſti ſtrages crudeſcit Erynni,
  Turpia ſub duro uulnere ſcuta ſequens.
Interea ſæuis cariſsima cladibus uxor,
  Et uictus pereunt diuitiæq́; ſimul.
Lecta trucidantur ſub crebris ictibus ora,
  Flacceſcunt uiridi ſemina ſparſa ſolo.
Arida crudelis rabies delubra dehiſcit,
  Non manet in certis arxq́; domusq́; locis.
Victus Idaſpæas populus contendit ad oras,
  Miles & illius pignora rapta ferit.
Cernat ut Aeolijs natos incudibus angi,
  Per ſcelus indomiti Martis, uterq́; parens.
Cernat ut infandis conflari tecta rapinis,
  Eq́ue ſuis fieri fœtida ſtagna focis.
Hinc inimica ruunt fluidæ contagia peſtis,
  Infecta gemitus continuata lue.
Sternuntur ſegetes furioſi grandine belli,
  Deſpiciunt ſuccos balſama odora ſuos.
Silueſtres duris roduntur morſibus herbæ,
  Mopſopij mellis dulcia dona cadunt.

Πάντα γέ τοι δεινῶς ἐπεὶ αὐτοσοῦτα τελέθει,
  Γῆν ἄνθραξι φλέγει αἰθομένοιο πυρός.
Ἐν κονίῃσι μένει τε νέκυς κατακείμενος αἰσχρὸν,
  Λογχοφόρου συγκερῆ πληγῇ ἐληλάμενος.
Σαρκοφάγοι γύπες δηλοῦσι καὶ ἄγρια χέρσου,
  Θήρεια τῶν σαρκῶν σώματα ῥεῖτα, κτόνῳ.
Τ' ἄλλα δοκεῖ μύζειν γαίας δηλήματ' ἔμοιγε;
  Ἐν τόσσῳ καιρῷ ὅσσα πάρεστι βροτοῖς.
Σώματος οὖν ἄπ' ἐμοῦ στόματος δείλαια λελέχθαι
  Κήδεα, καὶ ἡμῶν βλάμματα λυγρὰ χθονός.
Ψαύσομαι ἐυκταίῳ στελγίσματα στικτὰ κοθούρνῳ,
  Βλάπτεται οἷς ψυχὴ ἔσθ' ὅτε δεινότατα.
Βλαπτομένη, στενάχουσα σκοπεῖ ἐμπαίγματα θνη-
  καὶ μιώιγμα θεοῦ σεμνὸν ἀπειρεσίου. (τῶν,
Ὕβειν γοῦν περιέχει, ὃς κόσμον ἅπαντα διοικεῖ,
  Κείνοις, οἳ σκυθῆς σκῶλα χέουσι μανίης.
Ὥστε δικαιοτάτοις πεσέονται κήδεσ' ἐκεῖνοι,
  - Οἷς ἔξεστι φυγεῖν οὐ θανάτοιο σθένος.
Σύστρεμμα γοῦν λύσσης μερόπεσσιν ἐκεῖνος ἐγείρει,
  Αἴρεται ὃς θυρέων σύμβολα στικτὰ θόων.
Τοῦ δ' ἑλισσομένην στοργὴν ἀποφεύγει ἄρουραν,
  Καὶ ξένων ἀγαθῶν εὐσεβέων φιλίη.
Μηδὲ νόμος κάλλιστος, ἀπ' οὐρανοῦ ἀστερόεντος,
  Εὔλογος, εὔμορφος πουλιετὴς τεμένει.
Μηδὲ ἐπακμάζει δήλως ὁμόνοια ἐνείων,
  Μηδὲ καλὴ ξυμφεραῖς ἐν φρεσὶν εὐδικία.

Μηδὲ

Cum canit optato caua buccina fine receſſus,
  Conſumit ſteriles torridus ignis agros.
Puluere protrahitur cineroſo informe cadauer,
  Vndiq; lethiferis peſtile uulneribus.
Et graue tabifico iactatur ab aëre uirus,
  Deuorat in fœdo bellua membra ſolo.
Sed quid nota loquor multis incommoda uerbis,
  Externo bellum quæ ciet ære minax:
Queîs trahat idcirco mortalia uiſcera plagis,
  Terriſonus Mauors carmine Muſa tulit.
Nunc animæ referam breuiori damna cothurno,
  Queîs Erebi teter ſcandit in aſtra chorus.
Qui memor interitus mortalem ſcommata gentem,
  Irarum & flammas numen habere uidet.
Nam deus illius diſtillat crimine pectus,
  Martia qui fragili cornua fronte gerit.
Vt rapidi tanta peccati fœce periret.
  Nulla cui pacis fulcra coruſca placent.
Signat Echionio pectus crudele ſcreatu,
  Quo duce Strymonium crimen opacat humum.
Quo duce ſuauis amor, certæ fiducia mentis,
  Nec minus hoſpitij iuſq́; decuſq́; perit.
Quo duce fatales fundunt præcepta querelas,
  Lexq́; dei tepido fulget amara ſinu.
Nec ligat unanimes celebris concordia ciues,
  Nec uiget in tenero pectore iuſtitia.

Μηδὲ φονὶς, μακαρὴ μὴ βώη, μηδὲ ἀγραύλη,
   Κόσμιος, ἀνθήρη μηδὲ ἀειρομένη.
Ἀγρίη αὐτὰρ ὅλη, βλέννη καὶ ἔμορφος, ὠμή,
   Ἐμβείη, ἐνδαΐος, δύσφορος, ἀλλοτρόος.
Καὶ φλογόεσσα μανὴ, φθονερὴ, σκολιή τε, δολώδης,
   Ὀρφνὴ καὶ χαλεπὴ, ἠερόεσσα, κακή.
Ἧ αἰδὼς, ὀργὴ, μελέτη, μετάνοια ἀσώτων.
   Ἔρχονται νούσου πάντοσε λυσιμελοῦς.
Καὶ οὔλην μακρῶς βωλὴν φθείρουσιν ἐκείνην,
   Οὐλόμεναι τ' ἔειδες δούλιος ἠδὲ μόθος.
Δηλησίς τε κοτὺ καὶ βόρφορίς ἐστιν ἐκείνη,
   Καὶ φοῖτος καῦρος καὶ κόπος ἠδὲ κότος.
Καὶ ἤκεστι γμὴ, καὶ παῦ κακὸν ἤμασι πᾶσι,
   Μή ποτε ἐχθρὸς ἔχει εἰς θεὸν ὅπλα μαῖνος.
Οὔποτε εὔμορφον κατὰ στήθεα εὔχεται ἐλθεῖν,
   Εἰδόξως τε σκοπεῖν τὸν βασιλῆα θεόν.
Ὅς μόνος αὐτογονὴς ὃς μοῦνος ἅπαντα κρατεῖ τε,
   Ἄρχει καὶ μοῦνος πᾶσι βροτοῖσιν ἔνων.
Ἀσθενεός τε θύειν αὐτῷ δεῖ σφάλματα στέρνου,
   Αὐτῷ καὶ δόξη, καὶ διάδημα ἔστ.
Ἀλλὰ πονηρότατος διὰ ἐκπλανᾶται ἀκανθῶν,
   Εὐθεῖαν βωῆς εὐμενέος προλιπών.
Δαίμοσι τὴν τιμὴν ποίων αἴθοψιν ἐν ἅδου,
   Ἐκ τῶν δὴ χεῖται ἰὸς ἀεὶ στόματος.
Κορβορέων εἰσὶν μοῖραι πλησίειαι ἀνθρώπων,
   Χάσματος ὀρφναίου πάντα δίδωσι κόπρον.

Ὡς

Nec prudens animus, nec moribus aucta modeſtis
Vita per humanas perſonat ulla uias.
Mergitur at cæca ſtygij caligine Monſtri,
A ducibus paßim diſſociata ſuis.
Fluctuat accenſo furibundi felle cruoris,
Quærit & infernas accelerata plagas.
Et pudor, ira grauis, curæ, metanœa, furorq́;,
Et triſtis morbi ſunt fera fata uiris:
Lethiferæ lites & iurgia dira, labores,
Illos Plutonis ſtagna per atra trahunt.
Et ſcelerum rabies nigranti fumat aheno,
Intumat inſani ſordibus ira Iouis.
Semper adeſt turpis Lethææ flamma Megæræ,
Fert nunquam placidas miles ad aſtra manus.
Neue ſalutiferum ferus implicat oßibus ignem,
Nec petit æterna cernere mente deum.
Qui ſolus totum radijs illuminat orbem,
Qui regit humanum ſolus ubiq; genus,
Cui ſolum ſacri debetur gratia uoti,
Gloriaq́; aſtriferi ſceptraq́; celſa poli.
Sed nemus & diris petit ardua rupibus antra,
Angelici temnens dogmata ſancta chori.
Infeſtumq́; cibum monſtroſis manibus offert,
Qui fundunt mixtis dira aconita roſis.
Fulmineis auidos lacerans & faucibus artus,
Condita tartareo ſpicula felle gerit.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ὡς βαρέος δοκέει ἀνίης κῆρ ἔμμεναι αὐτοῦ
  Πάντα ἢ ἐγκόπτει πάντ' ἀναπλεῖ στεναχῶν.
Ἀνδάνει αἰδομένῳ μῖσός τε δόλος τε μετώπῳ,
  Οἰκεῖος πλοῦτος καὶ φιλοχρημοσύνη.
Ἣ κακὰ ἀνθρώποις φηλώματα μύρια τίκτει,
  Ἐξῆς γὰρ τελέθει δυσφορὰ πλεῖστα νόσου.
καὶ τεμένου πύργους θείου καὶ δώματα, ζῆλος,
  καρπεύει πέλταις καὶ κορύθαις βέλεσι.
Ὡς μὴ εὐσεβέες κτιστῷ μεγάλῳ τε βοηθῷ,
  Ποιοῦσιν δόξῃ ἄνδρες ἀεὶ θυσίας.
καὶ νόμον ὑψίστοιο θεοῦ φράζουσιν ἄριστον,
  Κόσμια καὶ χριστοῦ ῥήματα, πίστιν ὅλην.
Ἡ δὲ δικαιοτάτη πέλει πάντων κατὰ γαίας,
  Οὐρανίου ἡ πίστις γὰρ μόνη ἐστὶ βίος.     (ῥεῖ,
καὶ ἂν ὑπ' ἀφροσύνης ἀνθρώπους χερσὶν ἀναι-
  Δύσφημος χαίρων ὕβρεσι δεινοτάταις.
Ταῦτα ἀνηκέστοιο κακόσχολα χάσματος ἔργα,
  Ἄνθρωπος διὰ πᾶν ἔντος ἦμαρ ἔχει.
Ὡς ὅτε ἥλιος λαμπρῇ φλογὶ φεύγει ἀρούρας
  Προσβάλλει τε μόγις νὺξ σκοτέεσσι φάος.
Νῦν ἐργάζονται ὀρεσιτρέφῳ ὄργια Βάκχῳ,
  Οἶνον πίνοντες φαρμακόεντα σφισίν.
Ὡς καὶ λουομένῳ ἀποβλύζει στερνὰ Λυαίῳ,
  Πλήρεα καὶ πόσιος βλέμματα κοῖλα ῥέει.
καί τι τε ὀρχησμῷ ἐχθρὸς γηθεῖται ἄυπνος
  Ἄσματα πολλὰ κακοῖς σύνθεσιν αἰσχρὰ χέων.

καὶ

Vt rabies conſueta truces diuerberet artus,
Nam mala perpetua fulgura uoce ſonat.
Inſidiasq; mouens fuſcas, odiumq; nefandum
Carpere Siſyphias flagrat auarus opes.
Qui magis infuſis æſtus exaggerat undis,
Crimine uiuentum terreat omne genus.
Sacra panumphæi lacerat delubra Tonantis,
Peltarumq; nigro diſſecat ære ſacrum.
Ne pia doctiloqui pangentes carmina myſtæ,
Conſtituant ſummo thura ſacrata Ioui.
Nec lex æternas ſibi uendicet aurea laudes,
Sanctaq; nec Chriſti iuſſa, nec alma fides.
Quæ per frugiferas fertur iuſtiſsima terras,
Nam reſerat cæli limina ſola fides.
Vtq; per igniferos animas deducat hiatus,
Sub Phlegetontæo ſydere prata colit.
Et maris implicitus per lurida ſtagna lutoſi,
Funera tanta trahit nocte dieq; necis.
Cum uenit Heſperias Titan abiturus in undas,
Laſſaq; purpureis uix iuga demit equis:
Orgia Nyctilio celebrat ſolemnia Baccho,
Fatali reſonant cymbia plena mero.
Vda racemigeno ſoluuntur membra Lyæo,
Bacchæis fluitant ſpumea uina genis.
Iam furit & ſaltu fertur bouis inſtar ad auras,
Carmina triſtifica torta crepante lyra.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Καὶ ἅμα παρθενικὰς περιβάλλει χεῖρε ἐνείας,
Κύπριδος ἁρπάγμῳ ὅιγε χαιζόμενος.
Ἐκ γαίης καπιὼν ταχέως ἐς τάρταρον εἶσι,
Δεινὰ ὑπὸ σκοτεῖ ἠερόεντι παθών.
Ἐν κακότητ' ὅπη νύξ τε καὶ ἤματα θᾶσσον ἰόντα
Οὐδὲ βίον κακὸν εἰς νοῦν ἀπέστρεψαν ἑόν,
Ταῦτ' ἀλλ' ἐν μικρῷ ὕμνῳ νῦν ἐξαγορεύω.
Πάντα κακοῦ πολέμου τέμπεα πλεῖα ῥέει.
Χηρωμεδές τε λόφοι μεγάλου οἰκήματα χέρσου
Εὐρέα· καὶ πόντου χεύματα νηρὰ μόνου.
Δώματα καὶ κώμης σύχνων ποιήματα πύργων,
Ὄβριμα, καὶ λαμπρῶν ἀργὰ μέλαθρα δόμων.
Ὥσπερ ἐμεῖ ψολόεντι δρακόντων κακὰ φάρμακα
λαιμῷ,
Ἄχετον ὤμῳ ὅταν βλέμματι ἄνδρα σκοπεῖ.
Οὕτω πήματ' ἀνὴρ ἐμπνεῶν αὐτόκτονα χεύει,
Οἷ ξίφος δειλῶς μάρτον ἀρέσκει ἅπαν.
Καὶ ἅμα τὸν Τισιφόνου ποτὶ μορφὸς πείσετ' ὀλέθρου,
Ὥστε τρέμειν θυμῷ δαίμονα ἀντίπαλον.
Μοῖρα ἔπεσι ταχὺ ζωὸν νήρου βένθει ᾅδου,
Δύσμορον εἰς θανάτου σῶμα φέρουσα θ' ἑνός;
Ἠδ' ἀτασθαλίαις ἐλπίζει ὑπὸ βαρείαις,
Θεὶς θόλβρον πικροῦ χάσματος εἰς ἄδυτον.
Τοὔνεκεν ἀσπασίως ὀλοφύδνων παύετε ξυστῶν,
Ἔξεσθαι ζωῆς φιλικοῖς ἤματα βουλόμενοι.
Καὶ ἐθέλοντες ὑπὲρ μὲν ὀλύμπια δώματα ναίειν,
Καὶ ὁμοῦ ἀμβροσίης δῶρα θέμιστα λαβεῖν.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ducit & optatas Nympharum ad plectra choræas,
Dum facit illicitis ſpem Cytheræa thoris.
Hinc anima illius tandem defertur ad Orcum,
Quæ bibat infernos fœda per antra lacus:
Omnia quod uitijs traducat tempora uitæ,
Nec ſemel innocuam cogitat ire uiam.
Singula quid memorē? tot habent nō Gargara meſſes,
Quot belli torto Mars mouet igne faces.
Aëris & grauidæ ſpacioſa uolumina terræ,
Atq; fluentiſoni flumina fœda freti.
Pyramidum turres & celſa palatia regum,
Flammigero belli turpiter ære cadunt.
Ac uelut igniferis uirus Draco naribus efflat,
Cernit ut infeſtum dira per antra pecus:
Non ſecus hic fundit crudeli fauce uenœnum,
Tela cui Martis ſanguinolenta placent.
Ora cui rutilant monſtroſa afflata Chimæra,
Vt Phlegetontæi dæmonis antra colat.
Tartarea iam iamq; uolat de ſede Megæra,
Et trahit ad Stygium diruta corda lutum.
Et fuſo meritas exercet ſanguine pœnas,
Cerbereis implens guttura lata cibis.
Reſpuat idcirco tumidas certaminis haſtas,
Qui uelit æterni patris odore frui.
Et cælum ſublatus humo ſublime ſubire,
Ambroſij ſorbens dulcia dona meri.

Cælica

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Πᾶσα δὲ δηϊότης περικλέει οὐρανὸν οἰκτρῶς,
Τόντε θεὸν ποιεῖ οἴκαδε χωσάμενον.
Πλούτωνος σκαιοῦ γὰρ κρύπτεα χάσματα κυρτεῖ.
Φῖλον μάλλωζν μαινόμενον προσάγειν.
Φεύγετε γυμνομένων βασιλῆες θαῦμα μαχαιρῶν,
Οἳ φέρετ᾽ ὑψηλοὺς σκῆπτρα δίκαια χθονός.
Καὶ γαίας κτίζεσθε πόλεις, πεδίοις ἕλλετε πᾶσι
Ναοῖς, ἡμετέρης κοιρανίης τε μέρη.
Δοῦλοί τ᾽ ἀθανάτου ἀγαθοὶ νόον ὀρθὸν ἔχοντες
Δρήστειρές τε Διὶ πίστοι ἐστὲ θεῷ.
Οὐδὲ καταγγέλλειν στερεὸν θνητοῖσιν ἔρυτμον,
Θρεπτά τε οὐδὲ φέρειν ὅπλα βελῶν θέλετε.
Ἥμονες εὔτολμοι πολέμαρχοι, ῥεινότοροί τε
Φεύγετε μώμητον νῦν πολέμοιο ζόφον.
Καὶ ὑμεῖς γυμνῆτες ὑπ᾽ ἀσπίδος ἤνοπες, ἠλοί,
Ἀνδράσι δυσπίστοις πλησίον ἱστάμενοι.
Πᾶσα γὰρ ὦ σπεῖρα πολέμου, νέοι ἠδὲ ἐρασταί,
Ἀνέρες ὡραῖοι, ἠδὲ γέροντες ὁμοῦ.
Φεύγετε νῦν διὰ πάντα χρόνον στήθεσιν ἀγῶνα,
Μὴ ἐχθροῖς γρύπνοις νεικέετ᾽ ὀρφόβατοι.
Φεύγετε μαινομένῳ ὀρφνῆς ἀπαλαμνὰ μετώπῳ
Ὅπλα καταφέρετε θείμματα πάντα κακῶν.
Φράζετε εἰρήνης θεραπεύματα ἔνδροσα ξουθῆς,
Ἐν φρεσὶν οὐ λήρου δῶρα κάκιστα φόβου.
Ῥηξήνωρ γὰρ ἀφοῖς κρυεροῖς κυμαίνεται ἄρης,
Ἐρινὺν βλύζει ἀεὶ ἅπασι καλοῖς.

Λαμβά-

Cælica belligero clauduntur prata tumultu,
    Efflagrat facies alta furore Dei.
Et uaga Sulphurei reſerantur chaſmata ditis,
    Tartaraq́;, & nigri regna profunda Iouis.
Tolle manu gladios regum ſtirps alta potentum,
    Quæ regis imperij ſceptra decora tui.
Atq; doloriferis conſerua à cladibus urbes,
    Vt teneant placidum templa ſacrata ſolum.
Perpetuo cultu ſummo ſeruito Tonanti,
    Atq; miniſterium mente fidele feras.
Ne bellum indicas, iubeas ac arma parari,
    Hoſtilesq́; rapi uoce ſonante uiros.
Vosq́; coruſcati iaculis, Maurisq́; ſagittis,
    Impia ſanguinei ſpernite tela ducis.
Qui geritis teneris Bellonæ ſcuta lacertis,
    Turpibus aſtantes mente furente uiris.
Cuncta cohors belli, pubes ſtudioſa Mineruæ,
    Vosq́; uiri forti pectore, uosq́; ſenes,
Spernite mortiferi uirus lacrymabile belli,
    Hoſtili nunquam prœlia ferte manu.
Ex animis atras Erebi remouete tenebras.
    Telaq́; Auernalis cocta fluore lacus.
Carpite laurigeræ pulcherrima munera pacis,
    Mauortis nuſquam contaminata luto.
Incendit Mauors animos flammantibus iris:
    Pax ſacra diſtenta præmia præſtat ope.

Quæ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Λαμβάνετ' ἠμβρότητα βροτοὶ ἔνδοξοι, ὅμχυλ
  Η῾ δώσει ὑμῖμ χρήματα πάντα πάλιν.
Καὶ θεὸς εἷς μοῦνος φορέει τε νεύμασιμ αἰαλ
  Πόντια χειμάῤῥων πάντα θέμεθλα βρόχω
Καὶ παύσει ἄνεμον, λιμόμ τε ῥεύματα πόνω
  Καὶ φοβερὴν ὀφίων ἀγροτέρων μανίαν.
Καὶ τότε ἄρηος πολυβλάψει σκεύεα ἄνθραξ,
  Μαμμωνᾶς θρεχύσει οὐ δόμον ἡμέτερον.
Καὶ γοῦν γῆ στελίχους, θηρεχύλου δ' ἔνδρεα κήπ
  Α῎σπετα τῶν μήλων ποίμνι' ἐφαψαμένη,
Θνητοῖσιμ δώσει τὸμ κάρπομ παμφόρου οἴνου,
  Καὶ ἅμα ἀμβροσίου δῶρα φαεινὰ πόθου.
Πλήρεες αὖτε λόφοι ἀγαθῶμ τε χεύματα πόν
  Σπινθὴρ ἢ χαλεπῆς ἔσσεται οὐδὲ νόσου.
ἀλλά τε εἰρήνη κατ' ἄργομ ἔπεσαι ἄρουραν,
  Δηωτάτων πολέμων οὔποτε τοξοφόρων.
Ω῾ς ποτε παυόμενοι πιστοί τε ἐζήσαμεν ὧδε,
  Ο῾πλοῦντες θυμῷ ἔργα δίκαια βροτῶν.
Καὶ ἄρτομ γλυκὺν εὐλογχοι ἀπὸ ζωῶς ἔχοντ
  Οἰκοῦντες κήπου δώματα λαμπρὰ θεοῦ,
Η῎μβροι ὥσπερ ἀεὶ μάκαροι ληψώμεθα πάντ
  Ε῎ις χρόνομ αἰῶνος χάρματα φαιδρὰ βί

Τέλος.

*Quærite manſueto cæleſtem corde ſalutem,*
*Et uenient plenis commoda multa cadis:*
*Et pater æternus propriæ qui numine mentis,*
*Fructiferas terras & uada ſalſa regit:*
*Liuorem & ſæui compeſcet murmura Ponti,*
*Aſpera confringens aſpidis ora manu.*
*Noxia comburet gladiorum funera carbo,*
*Non magis infernæ ſic fremet unda Stygis.*
*Glebaq́; fœcundo producet fœnore fruges,*
*Calcabit pecudum multa caterua ſolum.*
*Suauia præſtabit ſpecioſo pocula uino,*
*Et ſimul hyblæis dulcia mella fauis.*
*Vndiq; florigero cernentur gramine campi,*
*Haud rapiet pingues triſtis hyatus opes.*
*Sic pax in placidis repetita uigebit aratris,*
*Et Mauors Stygias exul arabit aquas.*
*Et fauſto placidos ſeruabimus omnine portus,*
*Tractantes ſummi dogmata ſancta dei.*
*Vt quondam paſcant æternam flumine mentem*
*In Iouis aſtrigera fercula lauta domo.*
*Nosq́; uelut ſemper ſyncero corde beati,*
*Carpamus puri gaudia læta poli.*

FINIS.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

R60/63

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Karl Blume
Hilden

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf